




# RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS.



**U**m David, Rex ille tam sceptro, quam plectro potentissimus, imperii sui magnitudinem nimium suspiciens, & rerum secundarum successu intumescens, eo insolentiae progredetur, ut populi, qui numen ejus pronus venerabatur, multitudinem certo numero describi juberet; postmodum autem impotentem istam animi elationem imprudentem nimis fuisse agnosceret, & a Deo, justo quidem, sed placato iudice, ad poenam vocaretur, ex trino illo supplicii genere, quod ipsi offerebatur, non famem, non bellum, sed luis pestiferæ venenum præferbat; satius esse judicans, in manus Domini summè boni & misericordis incidere, quam in manus hostium. Cui sapientissimi Regis iudicio dubium non est, astipulari omnes, qui Christianum nomen profitentur, & simul æquâ lance examinant ingentia illa damna & calamitates, quas bella, ut nubes, Cæcias, secum trahunt. Unde etiam hoc calamitosissimo tempore vota precesque piorum eo tendunt, ut siquidem optimus, idemque maximè misericors Pater, Deus, certum constitutumque habeat, aliquo vindictæ genere Ecclesiam suam visitare, & ingravescentia scelera severè vlcisci, peste potius, quamvis dirâ, affligat suos, quam sanguineo belli flagello, quod etiam crudelitate immanissimorum hostium terribile est; peste autem paternam mentem & voluntatem Dei, cujus animus medio in irarum æstu clementiâ & misericordiâ abundat, humilibus ejus filiis ob oculos ponat. Quod si aliâs unquam, certè his durissimis asperissimisque temporibus, velut experiendo cognoscitur, multo benigniorem ac tolerabiliorem pestis, quam Martis horrendi, sortem esse. Quod si hæc communia & consimilia alia mortem adeundi genera, misera quidem & acerba, tantum impenderent nobis, minus fortassis conquerendum esset; eo quod in eandem societatem, inque idem velut commercium omnes vocarent aut traherent; verum quod, præter hæc, etiam alia inusitata & mira, nec provisâ, nec opinata unquam nos manent, & incautos subito invadunt, illud verò triste nimis, graviusque deplorandum. Tale exemplum nobis jam non sine maximâ consternatione & luctu audire, imò cernere licet, in fosculo illo puellarum amœnissimo jucundissimoque, Virgine, inquam, scitissimâ, BEATA-MARIA-MÔSTELIANA, quæ nihil minus fortassis suspectans, subito mole & pondere preli, quo lintea & lavigari & complanari novimus, de improviso obruta atque oppressa, animulam tenellam in annis vernantibus exhalavit. Memorabile sanè inexpectatæ necis documentum, quod tam pauci metuunt, quam adeunt; quod tamen, sicut & aliæ mortis facies omnes, quæ nullo loco excluduntur, omnibus pariter metuendum esset; cum incerta tela & occultas petitiones fortunæ vix rarò declinari contingat: nisi quod pia mentes, quarum in Deo fiducia unice recumbit, illud non difficulter consequantur, ut etiam si caducum animæ tabernaculum destruat, ipsa tamen salva & indemnitas evadat, & pro brevibus ac levibus doloribus, gaudiis nullo ævo desituris tandem fruiscatur. Cujus rei experimentum præbet Puella nostra lectissima, quæ tanquam rosula florens in primo ætatis vere subito fortunæ turbine eversa, nunc omnis mali victrix ante Deum gaudet ovaturque in æternum. Hanc satam & natam fuisse scimus, in horto conjugali Parentum laudatissimorum, Viri Amplissimi & Consultissimi Dn. JONÆ MOSTELII J. U. Doctoris & Incliti Scabinatus Electoralis Assessoris; & feminae pudicissimæ MARGARETHÆ, ex prosapia LEUSCHNERIORUM oriundæ, qui hanc suâ filiulam postquam lucem An. MDCXIX. Mense Novembri, aspexit, mox per lavacrum sacri Baptismatis renasci, & Christo Salvatore, tanquam arbori vitæ, hunc fecundum surculum, divite olim fructu exundaturum, inoculare voluerunt. Hinc ut primùm fari & legere potuit, capitibus Catechismi & præcipuis dictis Biblicis, ut & Psalmis plerisque ita innutrita fuit, ut ad veram pietatem assuesceret, manè ac vesperi preces ad Deum serias pro sua suorumque salute funderet, & ab eo in omnibus adversitatibus auxilium & solatium unice peteret atque expectaret. Nec minùs & domesticos labores amare cepit, ut in tantulâ ætate, maximâ cum alacritate, quidquid poterat, susciperet, & strenuè expediret, neque quicquam recusaret, quod virium imbecillitas sufferre posset: quinimò occupatiunculas ultrò appeteret, & serio testaretur; se non fore illarum delicatarum similem, quæ formæ tantum serviunt, & vestitus novitati ac ostentationi student; rerum domesticarum curam nullam aut suscipiunt, aut si suscipiant, propter imperitiam eas administrare non possunt. Ergo ut ex arborum floribus, quæ aliquando futura sit fructuum maturitas, cognoscitur: Ita ex his indicibus non levem conjecturam facere licebat, quàm præclara in adultiori ætate expectanda essent virtutum monumenta. Sed dum ita pleno cursu in pietatis & honestatis stadio progreditur, ecce! Dei permisso ancillam epidemialis febris domi Parentum, præter omnium opinionem 12. Julij invadit, qui ad vitandam contagem, cū extra urbem vesperi se contulissent, & ne cui vel terrorem incuterent, vel molestiam exhiberent, ruri sub Jove frigido in vehiculo camerato pernoctassent; manè autem 13. Julij à Dn. CHRISTOPHORO LIMMERO Pastore in Deutsch suscepti essent, filiola hæc suavissima nihil ista adversitate pavescens, bonum animum habere, Parentes etiam solari, & blandissimis verbis, ut Deo confiderent, hortari, qui in opportunitate auxilium ipsis allaturus sit certissimum: simul & pro consuetudine suâ cum filiabus Dn. Pastoris quicquid erat semininarum opellarum exercere, & frugi puellæ officium implere. Quamobrem etiam sequenti die 14. Julij, cū illis in projecturam ædium, in quâ lota pressare instituerant, ascendit, dumque illis adest, operas inspicit, & superioris noctis incommoda recenset; futuræ autem quietem animo ac cogitatione præsumit, ecce! projectura fractis trabibus præceps ruit, puellam nostram unâ abripit, & prelum illud, ac in primis cista pluribus onusta lapidibus, prono casu delabens corculum puellæ, heu! sanctissimum illud Spiritus sancti hospitium, sedem pietatis & virtutum purissimâ, corculum inquam, amorè & delicias Parentum, voluptatem & gaudium maximum, uno icu ita concutit & prosternit, ut non tantum vox & sensus omnis, sed & vita statim defecerit, Parentes qui non longè aberant, fragore istius ruinae exterriti, protinus accurrentes, filiulam, heu! filiulam suam de pondere protrahunt nec satis credunt, suam esse aut fuisse. Quis hic æstum, ardorem ac dolorem acerbissimum paternorum animorum exprimat? Zeuxis ille cum Parentis, filia suæ cædem spectare coacti, vultum condignè repræsentare desperaret, caput ejus velo obducebat, affectum tantum cuique æstimandum relinquens: Ita nobis, parem geminumque casum verbis describere non valentibus, scilicet obmutescendum & hoc totum, cogitatione designandum, omittendum erit. Hoc modo flos ille venustatis, gratiarum ocellus, puella amœnissima, immaturâ ætate, cum annos duodecim & menses novem hic exegisset, vitam cum morte commutavit, excepta quoad animam à Salvatore suo Jesu Christo, cui eam quotidie tanto studio commendavit, & cui toto pectore semper adhæsit: Corpus autem terræ, nostræ omnium matri, hodie horâ III. tandiu commendabitur, donec à Jesu Salvatore nostro resuscitatum, animaque indissolubili copulâ devinctum in æternam gloriam inducatur. Dabitur igitur à Nostris opera, ut dicto tempore frequentes conveniant, & beatæ Virginis funus decenti comitatu celebrius reddant; hac ratione afflictissimis Parentibus *συμπάθειαν* suam singularem declarabunt, sequi ipsos ad beatam *ἀνάληψιν*, quæ quo loco aut tempore quæque expectet, incertum est, tempestivè præparabunt. PP. d. 17. M. Julij, Anno 1632.

Typis Hæredum Abrahami Lambergij.





# RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS.



Um David, Rex ille tam sceptro, quam pleetro potentissimus, im-

perii sui magnitudinem nimium suspiciens, & rerum secundarum successu intumescens, eò insolentia progredere-  
tur, ut populi, qui numen ejus pronus venerabatur, multitudinem certo numero describi juberet; postmodum  
autem impotentem istam animi elationem imprudentem nimis fuisse agnosceret, & a D E O, justo quidem, sed  
non famem, non bellum,  
ni & misericordis inci-  
ari omnes, qui Christia-  
s, Cæcias, secum trahunt.  
ximè misericors Parens,  
severè vlcisci, peste po-  
a terribile est; pestis au-  
ndat, humilibus ejus fi-  
ognoscitur, multò beni-  
a mortem adeundi gene-  
a societatem, inq; idem

mirā, nec provisā, nec opinatā unquam  
Tale exemplum nobis jam non sine ma-  
ximā consternatione & luctu audire, imò cernere licet, in flosculo illo puellarum amænissimo jucundissimoq;,  
mā, B E A T A . M A R I A M O S T E L I A N A , quæ nihil minus fortassis suspiciens, subito mole & pondere preli, quo lintea & lavigari &  
complanati novimus, de improviso obruta atq; oppressa, animulam tenellam in annis vernantibus exhalavit. Memorabile sanè in expe-  
ctatæ necis documentum, quod tam pauci metuunt, quàm adeunt; quod tamen, sicut & alia mortis facies omnes, quæ nullo loco excludun-  
tur, omnibus pariter metuendum esset; cum incerta tela & occultas petitiones fortunæ vix rarò declinari contingat: nisi quod pie men-  
tes, quarum in D E O fiducia unice recumbit, illud non difficulter consequantur, ut etiam si caducum animæ tabernaculum destruat, ipsa  
tamen salva & indemnitas evadat, & pro brevibus ac levibus doloribus, gaudiis nullo ævo desituri tandem fruiscaur. Cujus rei experi-  
mentum præbet Puella nostra lectissima, quæ tanquam rosula florens in primo ætatis vere subito fortunæ turbine everia, nunc omnis  
mali victrix ante D E U M gaudet ovatq; in æternum. Hanc satam & natam fuisse scimus, in horto conjugali Parentum laudatissimo-  
rum, Viri Amplissimi & Consultissimi Dn. J O N A E M O S T E L I I J . U . Doctōris & Incl̄yri Scabinatus Electoralis Assessoris; & fœ-  
mina pudicissima M A R G A R E T H A , ex prosapia L E U S C H N E R I O R U M oriundæ, qui hanc suā filiulam postquam lucem An. MDCXIX. Mense  
Novembri, aspexit, mox per lavacrum sacri Baptisimatis renasci, & Christo Salvatore, tanquam arbori vitæ, hunc fecundum furculum,  
divite olim fructu exundaturum, inoculare voluerunt. Hinc ut primùm fari & legere potuit, capitibus Catechismi & præcipuis dictis  
Biblicis, ut & Psalmis plenissime ita innutrita fuit, ut ad veran. pietatem assueferet, manè ac vesperis ad D E U M serias pro sua suo-

